Fragmentarium

37

suo euangelio quantum inter homines sufficere credidit com
mendare curauit. Itaq; longe a tribus istis superius fertur
Ita ut eos uideatur quodammodo in terra cum xp̅o homine conuersa
ri. Illum autem transcendisse nebulam qua tegitur omnis terra
et peruenisse ad liquidum caelum unde acie mentis acutissima
atq; firmissima uideret. In principio uerbum d̅m̅ apud d̅m̅ per quem
facta sunt om̅a; et ipsum agnosceret carnem factum ut habita
ret in nobis. Item post aliquanta unde mihi uidentur inquit
qui ex apocalipsi quattuor animalia illa ad intellegendos
Quattuor euangelistas interpretati sunt. Probabilius aliquid
adtendisse illi qui leonem in matheo hominem in marco uitu
lum in luca aquila in iohanne intellexerunt. Quam illi qui ho
minem matheo aquilam marco leonem iohanni tribuerunt
De principiis enim librorum quandam coniecturam capere uolue
runt non de tota intentione euangelistarum quae magis fuerat
perscrutanda. Multo enim congruentius ille qui regiam xp̅i
personam maxime commendauit per leonem significatus accipitur.
Unde et apocalipsi cum ipsa tribu regia leo commemoratus est
ubi dictum est. Uicit leo de tribu iuda. Secundum matheum
enim et magi narrantur uenisse ab oriente ad regem querendum
et adorandum qui eis per stellam natus apparuit et ipse rex herodes regem
xp̅m formidat infantem atq; ut eum possit occidere tot paruu
los necat. Quod autem per uitulum lucas significatus sit propter
maximam uictimam sacerdotis neutri dubitauerunt. Ibi enim
a sacerdote zacharia incipit sermo narrantis ibi cognatio mariae
et helisabeth commemoratur. Ibi sacramenta sacerdotii primi
in infante xp̅o impleta narrantur et quaecumq; alia possunt aduerti
diligenter quibus apparet lucas intentionem circa personam sacer
dotis habuisse. Marcus ergo qui neq; stirpem regiam neque sacer
dotalem uel cognationem uel consecrationem uoluit narrare

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFlat05288_083_f037r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6490)